

qui etiam numquam minus quam mille carrucis confecisse <iter>
 traditur. Et nichilominus tam ^uviciosus dignitatem imperialem
 adeptus est. Sed et aliis dignitates largitus est. Unde subdit
 (5) SED IMPROBUS scilicet Nero DABAT QUONDAM ^uVERENDIS PATRIBUS
 id est senatoribus reverendis CURRULES id est tales dignitates
 propter quas sedebant in currulibus INDECORES scilicet ex hoc
 quod ab indigno dabantur. (7) IGITUR QUIS PUTET id est reputet
 rationabiliter ILLOS HONORES BEATOS id est beatitudinem consistere
 in illis honoribus QUOS MISERI id est improbi ^uet ^uviciosi ^u
 TRIBUUNT ? quasi diceret nullus.

[III p 5]

→ Regna lin. 12
 AN VERO, REGNA ^uprosa quinta in qua ostendit ¹ quod regna et
 regum familiares non afferunt ^uveram potenciam quam promittere
 videntur et propter quam appetuntur. Et circa hoc duo facit.
 Primo enim probat propositum. Secundo ostendit quomodo querenda
 est ^uvera potencia metro quinto ibi QUI SE VOLET. Circa primum
 duo facit. Primo ostendit ^uveram potenciam non esse in regibus;
 secundo quod nec in regum familiaribus ibi (25) NAM QUID EGO.
 Quod ² autem in ²regibus ^unon sit ^uvera potencia et per consequens

magnis

7 dabat quondam RPO dabat J / 8 improbi et ^uviciosi RPO improbi
^uviciosi J /

1 regna etc. prosa quinta in qua ostendit R regna hic ^uvero ostendit P
 regna prosa quinta in quo ostendit JO (in qua D) / 2 quod autem in
 regibus D quod autem in regnis RO quod in regibus P quod autem in
 regibus ^uvel regnis J /

nec beatitudo probat quatuor ^u viis quarum prima sumitur ex
 instabilitate ^{ta} duracionis, secunda ex parvitate ^u extencionis ibi (7)
 QUOD SI HEC, ³ tertia ex annexione ⁴ timoris ibi (15) EXPERTUS
 SORTIS, quarta ⁵ ex defectu securitatis ibi (19) ATQUI ⁶ VELLENT. ⁷
 Dicit ergo primo proponendo per modum questionis AN VERO REGNA
 REGUMQUE ⁸ FAMILIARITAS VALENT EFFICERE POTENTEM et respondet per
 modum questionis yronice (2) QUIDNI ⁹ ? id est quomodo ⁹ non
 efficerent potentem QUANDO EORUM POTESTAS PERPETUO PERDURAT ?
¹⁰ quod scilicet numquam contingit. Unde subdit (3) ATQUI id est
 certe VETUSTAS PLENA EST EXEMPLORUM PRESENS ECIAM ETAS PLENA EST
 scilicet exemplorum QUI REGES COMMUTAVERUNT FELICITATEM CALAMITATE.
 Exemplum ^u vetustatis posuit de Creso rege Lidorum supra libro
 secundo prosa secunda. Exemplum ^u vero etatis Boecii potest accipi
 ex imperatoribus Romanis qui crebro circa tempora ¹¹ sua mutabantur
 nunc bellis nunc insidiis perempti vel alio ¹² modo eiecti. Verbi
 gracia ¹³ Maiorianus interfectus fuit, Antoninus ¹⁴ per Olibrium

 3 si hec P si h' RD si hoc JO / 4 annexione JD amixtione R
 connexione P annexi^{te} O / 5 quarta RPD quarto JO / 6 atqui JO
 atque RPD / 7 ^uvellent RPD ^uvellem JO / 8 regna regumque JOD regna
 regum R regna ac regum P / 9 quidni id est quomodo RPD quidni
 quomodo J qui et quomodo O / 10 quod RPO quid J / 11 tempora RPO
 ipsa J / 12 alio RPO aliquo J / 13 verbi gracia RPO v^a g^a J /
 14 antoninus P antonius RJO /

expulsus, Leo clericatu contra Zenonem occultatus.¹⁵ Item
 Terostila¹⁶ rex Gepidarum¹⁷ Busa¹⁸ Bulgarorum¹⁹ a Theodorico
 tyranno interfecti sunt. Patent ergo hec omnia legenti quintum
 decimum librum historie Romanorum edite ab Eutropio. (5) O
 PRECLARA POTENCIA yronia est QUE NEC INVENITUR SATIS EFFICAX AD
 CONSERVACIONEM SUI. Deinde cum dicit (7) QUOD SI HEC²⁰ REGNORUM
 ostendit quod potestas regia non est ^uvera²¹ potestas nec beatifica
 propter par^uvitatem extensionis. Si enim potestas regia efficit
 beatum, igitur eius defectus est defectus beatitudinis et per
 consequens miseria.²² Unde dicit (7) QUOD SI HEC POTESTAS
 REGNORUM EST AUCTOR BEATITUDINIS, NONNE SI QUA PARTE DEFUERIT
 FELICITATEM MINUIT²³ MISERIAM IMPORTET²⁴ ? quasi diceret sic.
 (9) SED QUAMVIS HUMANA IMPERIA LATE TENDANTUR, TAMEN NECESSE EST
 PLURES GENTES²⁵ RELINQUI QUIBUS QUISQUE REGUM NON IMPERET. Non²⁶
 enim potest esse quod unus aliquis imperet omnibus.²⁶ (12) QUA

 15 occultatus JRO occulcatus P / 16 terostila JPPeD tostila O /
 17 gepidarum JO gebidarum R gipidorum P / 18 busa JROD utisa P
 sicula Pe / 19 bulgarorum RPO ^uvulgatorum J / 20 hec P hoc JRO /
 21 ^uvera RO om. P ^uverum J / 22 miseria RPO misera J / 23 minuit
RPO minuet (-et in ras.) J / 24 importat RO importata ex importatur
P inportet J / 25 gentes RPO genges J / 26 non enim potest esse
 quod unus aliquis imperet omnibus RPO non imperet omnibus J /

VERO PARTE POTESTAS FACIENS BEATOS DESINIT HAC scilicet parte
 SUBINTRAT INPOTENCIA QUE MISEROS FACIT; HOC IGITUR²⁷ MODO
 NECESSE EST INESSE REGIBUS MAIOREM PORCIONEM MISERIE scilicet
 quam felicitatis quia in maiori parte sunt impotentes. Deinde
 cum dicit (15) EXPERTUS SORTIS SUE²⁸ ponit²⁹ terciam^u yiam ex
 connexione timoris quam manifestat²⁹ exemplo quodam scilicet de
 Dyonisio tyranno, de quo Macrobius libro primo super Somnium
 Scipionis refert sic: Dyonisius aule Sicule³⁰ inclementissimus
 incubatur^o familiari quondam suo solam estimanti vitam beatam
 tyranni^u volens quam perpetuo metu quamque impendencium periculorum
 semper plena esset ostendere³¹ gladium^u yagina raptum et a capulo
 de filo tenui pendentem mucrone demisso iussit familiaris illius
 capiti inter epulas imminere; cumque et ille Siculas et tyrannicas
 copias presentis mortis periculo grafaretur, 'talisis est,' inquit
 Dyonisius, 'yita^u³² quam beatam putabas: sic semper mortem nobis
 imminentem previdemus. Estima quam^u³³ felix esse poterit qui
 timere non desinit.' Dicit ergo (16) TYRANNUS scilicet Dyonisius³⁴

a. I x, c. 16

 27 igitur RPO ergo J / 28 sortis sue RPO scortis J / 29 ponit
 terciam^u yiam ex connexione timoris quam manifestat PD (annexione O)
 ponit terciam^u yiam que est ex annexione timorum quam manifestat R
 quam manifestat J / 30 sicule RPO situle J / 31 ostendere RPD
om. JO / 32 yita^u RPO yitam J / 33 quam RPPeG qñ JMOD /
 34 scilicet dionysius RPMD dyonisius JO /

EXPERTUS SORTIS SUE id est fortune sue quam fuerit anxia
 PERICULUM METUS REGIS SIMULAVIT id est ³⁵ similitudine demonstravit ^u
 TERRORE GLADII PENDENTIS SUPER VERTICEM. (17) IGITUR QUE EST HEC
 POTESTAS id est quam exilis QUE NEQUIT SOLLICITUDINUM MORSUS
 EXPELLERE, ACULEOS FORMIDINUM VITARE. Deinde cum dicit (19) ATQUI
 ponit quartam ^u viam que sumitur ex defectu securitatis dicens
 ATQUI id est certe VELLENT IPSI scilicet reges VIXISSE SECURI SED
 NEQUEUNT, DEHINC scilicet ex quo securi esse non possunt GLORIENTUR
 DE POTESTATE yronia est quasi diceret non est eis gloriandum de
 potestate. Et hoc probat dicens (21) AN TU POTENTEM CENSES id est
 iudicas ILLUM QUEM VIDEAS VELLE EFFICERE QUOD NON POTEST ? quasi
 diceret non potentem censes. QUI AMBIT id est circumdat LATUS
 SATELLITE id est satellitibus. Ponitur enim singulare pro plurali
 per antithesim ^u vel secundum doctrinale est silempsis scilicet
 quando pro multis ponitur unus et dicitur satelles de ³⁶ satis et
 leo les quod idem est quod delere destruere et est satelles qui
 adheret alteri ad custodiam (23) QUI PLUS METUIT scilicet illos
quos ipse terret QUI UT POTENS VIDEATUR ESSE SITUS ³⁷ EST IN
 SERVIENCIUM MANIBUS ? quasi diceret non. Narrat Valerius Maximus
 libro nono ³ quod Dyonisius, de quo supra dictum est, metu tonsorum

caps
 a xiii, 4

 35 id est RPO et J / 36 de RPO et de J / 37 situs JOD situm ^u vel
 situs R sit' PE sicut G sic P sic^c M /

filiis suas detondere docuit, quas ipsas cum adulate etati
 appropinquarent instituit ut³⁸ iuglandium putaminibus³⁸ barbam
 sibi et capillos adurerent; atque etiam cubicularem lectum lata
 fossa cinxit in qua se ligneo ponte recipiebat. Satellites servos^u
 et barbaros habebat. Deinde cum dicit (25) NAM QUID EGO ostendit
 quod in familiaribus regum non existit vera^u potencia. Circa hoc
 duo facit. Primo probat intentum. Secundo excludit dubitationem
 ibi (38) AN PRESIDIO. Probat ergo quod familiaritas regum non
 facit vere^u potentem tum huiusmodi familiaritas nec ad votum^u
 retineri possit et retenta³⁹ frequenter in nocumentum^u vergat.
 Unde dicit (25) NAM QUID DISSERAM id est tractabo DE FAMILIARIBUS
 REGUM, CUM DEMONSTREM REGNA IPSA TANTE IMBECILLITATIS scilicet
 esse? (27) QUOS scilicet familiares regum REGIA QUIDEM POTESTAS
 SEPE INCOLUMIS PROSTERNIT scilicet propter aliquam offensam sicut
 patet in exemplis que subdit SEPE AUTEM LAPSA scilicet similiter
 prosternit familiares. Cum enim familiares tales regie potestati
 innitantur, necesse est quod ipsa deficiente ipsi deficient.
 Quomodo autem regia potestas incolumis destruit familiares suos

 38 ut iuglandium putaminibus scripsi (cf. Val. Max. IX, xiii, 4)
 ut cum gladium putaminibus RPeGO ut cum gladio putare' D ut cum
 gladium putarentibus M ut cum gladiis P ut est glandium [putantibus
del.] putantibus J / 39 retenta ROD nec retenta J nec et retenta P /

docet per exempla. (28) NERO COEGIT AD ARBITRIUM MORTIS ELIGENDE
 SENECAM FAMILIAREM PRECEPTOREMQUE SUUM fingebat enim Nero se
 magistrum ⁴⁰ Senecam timere postquam imperator erat sicut in
 puericia unde ⁿ facta ⁴¹ occasione mandavit ut genus mortis eligeret
 eo quod ^y vivere non posset; ille potu cibo ^u que se sacians ^u venam
 utriusque brachii incidi fecit et de anulo bibens interiit.
 Antiqui enim potentes et nobiles sub gemma anuli ^u venenum gestabant
 ut si quid adversi contigisset ad mortem confugerent. Aliud eciam
 exemplum subdens dicit ⁴² ANTONINUS ⁴³ scilicet Aurelius qui
 imperator existens tyrannizavit ⁴⁴ in suos ut patet ex gestis
 Romanorum. ^a (30) PAPINIANUM scilicet familiarem suum DIU INTER
 AULICOS POTENTEM GLADIIS MILITUM OBIECIT. (32) ATQUI id est tamen
 UTERQUE scilicet Seneca et Papinianus VOLUERUNT RENUNCIARE
 POTENCIE SUE scilicet quia prescientes offensam principum ^u voluerunt
 se ab eis subtrahere, QUORUM SENECA CONATUS ECIAM EST OPES SUAS
 TRADERE NERONI scilicet ut ipsum placaret SEQUE IN OCIUM id est in
^u vitam solitariam et ^u privatam CONFERRE; SED DUM MOLES IPSA ⁴⁵ scilicet
 magnitudo potencie TRAHIT id est per delacionem protrahit quia

a

40 magistrum senecam RPO magistrum suum senecam J / 41 nacta JO
 sumpta R facta P / 42 subdens dicit JO subdit dicens R dat
 subdens P / 43 antoninus JO antonius RPpEGMD / 44 tyrannizavit ROD
 tyrannique aut P tyrannique aut ^t J / 45 ipsa RP ipsum JO /

non poterunt eam⁴⁶ subito interfugere RUITUROS id est ipsos
casuros NEUTER EFFECIT QUOD VOLUIT. (36) QUE EST IGITUR⁴⁷ ISTA
POTENCIA id est quam exilis et quam falsa QUAM HABENTES PERTIMESCUNT
scilicet ne eius occasione pereant QUAM NEC CUM HABERE VELIS TUTUS
SIS sicut patet ex dictis supra de regibus ET CUM DEPONERE CUIAS
VITARE NON POSSIS ut patuit de Seneca et Papiniano. Deinde cum
dicit (38) AN PRESIDIO excludit quandam obieccionem. Posset enim
aliquis dicere quod homo potest seruari^u in potestate sua per
amicos; unde, quod aliqui sic perdunt potestatem est propter
defectum amicorum, hoc excludit dicens quod hoc non potest esse
^uverum de amicis qui conciliantur fortuna. De amicis enim qui
conciliantur^u virtute non est hic loquendum, quia non computantur
inter bona fortune de quibus hic loquitur ut patet supra prosa
secunda. Unde dicit (38) AN PRESIDIO id est auxilio ad restaurandum
^uvel cohibendum casum potencium SUNT AMICI QUOS NON VIRTUS SED
FORTUNA CONCILIAT ? quasi diceret non. Et hoc probat per locum
ab oppositis sic (40) SED QUEM FELICITAS scilicet fortuita AMICUM
FECIT INFORTUNIUM FACIET INIMICUM. (41) QUE VERO PESTIS EFFICACIOR
AD NOCENDUM QUAM FAMILIARIS INIMICUS ? Illius enim inimiciciam
minus cavere^u possumus cum secreta⁴⁸ ei per familiaritatem
innotescant.

46 eam RO eamque J eque P / 47 igitur RPO ergo J / 48 secreta RO
secta J cetera P /